



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXXV. Differentia 16. Iure Canonico Ecclesia integrum restitui potest etiam  
in præjudicium laici: idq[ue] coram iudice ecclesiastico,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CXXV.

DIFFERENTIA 16.

*Iure Canonico Ecclesia in integrum restitui potest etiam in prejudicium laici: idem coram iudice ecclesiastico, c. Causa restitutionis, de ini. negr. restitut. Iure civili autem semper ad eundem est iudex illius, de cuius praesidio agitur, etiamsi ecclesia sit, qua restitutionem petit:*

**l. 2. C. ubi & ap. quem cogn. in integr. rest. agitan. fir. Joann. Bapt. à S. Blasio 186.**

**I.** Primas in negotio restitutionis in integrum favore legum minores obtinent, quibus ætatis, & iudicii defectus suadet opitulandum, c. Constitutum, hoc tit. Exemplo minorum competit Reip. l. 4. C. Ex quib. caus. maiore, & l. 3. C. de iure Reip. similiter Ecclesie, cum læsa est in contrahendo sive alienando, c. 1. hoc tit. sive extra iudicium, sive in iudicio, sive per Episcopum, aliumve prælatum, sive per procuratorem, vel Syndicum, c. 2. 3. & 7. hoc tit. Nam ecclesia minori comparatur: & ideo instar minoris læsi restituitur in integrum etiam contra aliam ecclesiam di. 1. 3. & c. Suscep. & l. 6. hoc tit. imò etiam contra sententiam Papæ, c. Ex literis, cum seq. hoc tit. sicut & minor contra sententiam principis, l. Minor, ff. de minorib. nec obesse potest illud: Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio suo. Hoc enim non nisi in pari utriusque causa valet, puta, cum uterque læsus de damno avertendo agit. Tunc enim possidentis conditio melior esse censetur, c. In pari, de Reg. iur. in 6.

**II.** Nunc quaeritur, à quo iudice fieri

*Antonomia.*

in integrum restitutio queat? Respondeo fieri posse tam ab ordinario, quam delegato iudice, sive jurisdictionem cum administratione rerum publicarum, sive solam administrationem habeant l. ult. C. ubi & ap. quem cogn. & c. Nec solum restituere possunt in alienis causis, verum etiam adversus propriam sententiam, l. In causa cognitione, §. Nunc videndum est, ff. de minorib. 25. annor. Verum ubi, in quo foro instituenda actio est? Azor. in summ. l. 2. §. 47. docet instituendam in foro ejus, contra quem petitur restitutio, intellige, secundum leges civiles. Secundum Canones vero, cum Ecclesia restitutionem exigit, ad iudicem ecclesiasticum trahit adversarium suum, cujuscunque status sit, c. Causa, de in integr. est. 1. quamvis id minus commodum la-

icoforet quia Ecclesie favor prævalet. Valens. l. 1. tit. 41. §. 1. Barb. in cit. c. Auditis.

S

CXXVI DIF.